



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs X. Vt quid Domine recessisti, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

PSALMVS X.

Vt quid Domine recessisti, &c.

C^Vr me destituis, Deus, & cur deseris? hostes
Dum me a colla premunt.

Quanta nos miseri curarum mole grauamur,
Dum furit hostis atrox.

Coniungunt vires reprobi, vi, fraude struentes
Exitium miseris.

Namq_z suas turba hac peruersas iactitat artes,
Vipereosq_z dolos.

Se reputans nimium felicem, spernit egenos,
Negligit atq_z Deum.

Haud Dominum, haud mortale genus timet v^sq_z
Sic furor hunc agitat. (malignus,

Pergit in hoc reprobo nisu: nil Numinis alti
Iudicium metuens.

Captos horrendis pœnis crudeliter angit,
Conterit & pedibus.

Somniat interea: quod possint nulla beato
Tela nocere sibi.

Non ullis credit se cladibus interiturum,
Nilq_z mali metuit.

Nil

Nil nisi blasphemō mendacia spirat ab ore,
Lingua malum loquitur.
Inson tem obseruat, pereat quo pauper inermis
Fraudibus atq; dolis.
Ut Leo qui pradas obscuro obseruat in antro:
Sic tacitus latitat.
Opprimit insontes vi saua, concutit ante
Quos violenta manus.
Robore quippe suo confusus non putat esse,
Qui regat ista, Deum.
Esse negat num:n: cui sunt mortalia cura,
Cui nala displiceant.
Surge Deus, dextra mentes compescē profanas,
Sis miseriq; memor.
Nam cur nullius te perfidus astimet aßis,
Despiciatq; malus
Concipiens animo, quod non sit tutor eorum.
Qui pia facta probant?
Tu cernis miseros angore doloreq; pressos,
Eripiesq; Deus.
His, quibus in dextra est spes tota salusq; Ichoua,
Auxiliare Deus.

*Tu lacrymas miseri abstergis, pupillus egensq;
Sunt tua cura, Deus.*
*Robora confringas reproborum, nomina stirpis
Perde superba malæ.*
*Tu regnum stabilis, iusso procul ire maligno,
Finibus hoste tuis.*
*Hæc sibi certa tenet solatia pressus egenus,
Quod pia vota probas.*
*Non dubitans, quin tu misericordia patribus orbis
Iustitiam exhibeas.*
*Impius ut ponenstumefacto in pectore fastus,
Desinat esse minax.*

PSALMVS XI.

In Domino confido, &c.

Axlepiadon **I**N fortis Domino spem posui meam,
Cur vos nunc animæ huic dicitis impii,
Quod mens ceu volucris territa transuoleat
Valles ac scopulos, et iuga montium.
En arcum reprobos tendit, et impius
En neruo iaculum lethiferum admouet,
Ut laedat miseros insidiis suis.
Fundamenta iacent, queis poterant pii

Suffulti